

28. Quorum alia sunt remotiora, atque è longinquo præcurrentia, ut Securitas hominum: crapula: libidines: Apostasia à fide: Conscelera- tio morum: Revelatio Antichristi: Alia propin- quiora, quæ vel quàm proximè consummatio- nem seculi antecessura sunt, vel cum eadem poti- ùs conjungenda: qualia recenset Christus, Matth. 24, 29. & 30. cùm præter alia quedam horren- da prodigia: Signum quoque Filij hominis in celo appariturum, prænunciat. Matth. 24. 38. Luc. 17, 27. 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3, 2. 3. 4. 2. Thess. 2. 3.

29. Quodnam verò illud signum Filij hominis sit futurum, nostrum non est definire, cùm D. Augustino adstipulante, citius hujusmodi si- gna impleantur, quam intelligantur.

30. Sunt tamen haud pauci Orthodoxi in ea sententia, idem in secundo adventu filij hominis appariturum signum, quod in primo apparuit: Stellam nimirum miraculosam: Quam sententi- am, cùm nihil analogia fidei repugnans contine- at, maximè nobis quoque videri probabilem as- serimus.

31. Illud tamen addimus, haud statim cùm no- va aliqua & miraculosa apparet Stella, qua- lis etiam anno 72. & 73. in signo Cassiopeæ con- specta fuisse existimatur, pronuntiandum esse jam ad justam mensuram dies mundi pervenisse, ipsi- usq; finem in instanti adesse: quin potius statu- endum

1. Ioh. 2.

18.

R r 5

endum